

*Regner et Nyren*

*De 1820*





CHRISTOPHUS TEGNER

CAROLUS S. NYGREN





*Sura Korani XLV*

Arabice & Svehice

quam

Consentiente Amplissimo Philos. Ord. Lundensi

publico examini deferunt

**CHRISTOPHORUS TEGNÉR**

Philos. Magister

et

**CAROLUS S. NYGREN**

Wermelandus.

In Lyceo Carolino die XXI Junii MDCCCXXXI.



Londini Gothorum MDCCCXXXI

Typis BERLINGIANIS.



CHRISTOPHUS FEOMER

CHRISTOPHUS FEOMER

CHRISTOPHUS FEOMER

CHRISTOPHUS FEOMER

CHRISTOPHUS FEOMER

CHRISTOPHUS FEOMER

CHRISTOPHUS FEOMER



id est religioe religionis cultum a) Quod duo sibi  
facilis ex accensio succederet, assensu Muhammed  
mala Hebraeorum Christianorumque religionis principia  
vera mutata est a Sabæis & antiquis Egyptiis, non  
et aliis ex aliis a populo veteris in

**T**ibi, memoriam temporum repetenti, haud facile occurrit quispiam de quo æstimando dijudicandoque magis quam de Muhammede, religionis Islamiticæ conditore, dissentiant scriptores. Quem enim Muslemii ita ad sidera evehunt, ut negent, majorem melioremque hominem ne mente quidem concipi posse, eundem Christiani plerique ita ad tartara detrudunt, ut statuunt, in terris nusquam vappam exstitisse atque nebulonem Muhammede detestabiliorem. Sin vero recte existimabitur de hoc viro, qui tam varie laudatur culpaturque, fides habenda sit neque temerario amicorum studio neque inimicorum malignæ obtrectationi; etenim facta harum partium temperatione, utrimque detrahendo & addendo, & examinatis insuper temporum, quibus vixit, rationibus, ferretur ex equo de eo iudicium. Sed quæ auctorem, eadem quoque librum, premit sors. De Korano æstimando valde ambigitur. Aliis visum est, hoc libro contineri nil nisi nugas ineptiasque & recantatas cantilenas, aliis contra nil nisi sublimia quæque atque optima. Quorum tamen neutris accedat æquus rerum æstimator. Si enim multis laborat mendis Koranus, insunt tamen in eo multa & sapienter cogitata & egregie pronuntiata, quæ cognoscere imitarique est operæ pretium.

Fuit Muhammedi illud Korani promulgandî consilium, ut triplicis religionis homines, quibus Arabia frequens abundabat, fere inter se commixtos & sine ducibus palantes

A

in unum redigeret religionis cultum a). Quod quo sibi facilius ex sententia succederet, assumsit Muhammed multa Hebræorum Christianorumque religionis principia, multa mutuatus est a Sabæis & antiquis Ægyptiis, multa denique attulit e popularium suorum veteribus institutis atque doctrinis b). Quo factum est, ut, cum pars longe maxima religionis Islamiticæ e nostræ religionis fontibus manaverit, nulla exstet commentitia religio, quæ propius, quam hæc ipsa, ad veritatem accedat. Sed non hac sola veritatis similitudine in suas partes traxit homines Muhammed; sed potius divina dictionis elegancia atque numero eos induxit, ut suam cœlestem missionem agnoscerent suamque reciperent religionem c).

a) Thomæ Erpenii Gram. Arab. ex recensione Jac. Golii pag. 177. Lugd. Bat. 1656.

b) Mines de L' Orient exploitées par une Société d' Amateurs Tome I. pag. 363. (v. Hammer).

c) C' est comme poëte qu' il subjuga l' esprit d' une peuple sensible aux beautés de la parole, par les foudres de l' eloquence, par le charme du rythme & de l' harmonie des rimes redoblées, qui font le merite poëtique du Coran. Lib. cit. pag. 362. & ex ejusdem Libri Tom. II. pag. 25. Der Koran ist nicht nur des Islams Gesetzbuch, sondern auch Meisterwerk arabischer Dichtkunst. Nur der höchste Zauber der Sprache konnte das Wort des Sohnes Abdallah's stämpeln als Gottes Wort. — Muhammed unterjochte sein Volk weniger durch das Schwerdt, als durch der Rede Kraft. Das lebendige Wort, das die sieben Göttlichen an der Kaa-ba aufgehängenen Gedichte weit hinter sich zurück liess, konnte nicht die Frucht menschlicher Begeisterung, es musste im Himmel gesprochen und geschrieben seyn von Ewigkeit her. Daher ist der Koran Gottes Wort. (v. Hammer).



Per trium fere atque viginti annorum spatium, tum Mekkæ, tum Medinæ, continuavit Muhammed Korani promulgationem. Erat jam quadraginta annos natus, quando in mense *Ramadan* eundem propalam enuntiare cœpit. Neque tamen talem, qualis jam nobis adest, Koranum instruxit atque ordinavit. Cum enim supremum obiret diem, erant omnia, membranarum atque palmarum foliis inscripta, temere atque perturbate in arca quadam congesta. AbuBekr vero, qui Muhammedi in munere imperandi successit, inordinatas partes ita digessit atque ordinavit, ut nostris jam teruntur manibus. Est Koranus in CXIV capita dispertitus, quorum unumquodque سورة appellatur. Sunt hæ Suræ eo ordine dispositæ, ut prolixiores quæque (modo primam exceperis) præcedant. Prima autem Sura, cui nomen *Fatiha*, nil est nisi formula quædam præcandi, apud Muslemios usitatissima. Habent ejus septem versiculos — qui appellatur magni — in eodem prorsus honore ac Christiani suam præcandi formulam, cui *pater noster* nomen d). Suum cuique Suræ nomen est, quod deducitur, aut a primo contextus vocabulo, aut ab argumento, de quo in capite præcipue agitur, aut interdum etiam a vocabulo in media Sura fortuito occurrente. — Sed adest etiam alia Korani partitio, quæ neque capita neque rem, sed paginas solum respicit. Divisus est totus Koranus in LX sectiones, أَحزَاب. Sæpe evenit, ut hæ sectiones, quoniam ita æquabiliter dispertitæ sunt, ut altera alteram æquet, in mediis Suris deprehendantur. Est præterea unaquæque sectio (حزب) æquabiliter quadri-

---

d) Libr. eod. Tom. eod. pag. 336. (v. Hammer.)



partita. Duæ denique sectiones, unam constituunt *portionem* (أجزاء), ita ut in XXX *portiones* (أجزاء) totus Koranus distributus sit. Est etiam unaquæque Djoz in suos singulos quadrantes divisa e). Hæc Korani in portiones distributio facta est in usum eorum, qui in regis templis & synagogis Koranum prælegunt. Unicuique Synagogæ XXX prælectores legitime adsignati sunt, et, dum suam quisque quotidie recitat portionem, fit necessario, ut totus quoque Koranus quotidie perlegendo absolvatur f).

Varietatem lectionis quattuor codices manu scripti bombycini præbuerunt. Quorum tres in Bibliotheca Academiæ Carolinæ asservantur; quartus mihi suppeditavit Bibliotheca Gymnasii Wexionensis. De horum MSS ætate, quod ægre tulerim, nil fere mihi compertum habeo. Quantum vero ex conjectura verisimiliima elici potest, est codex Wexionensis, quem litera W. signavimus, longe antiquissimus. Constat 243 foliis quaternis magnis. Lineæ quindecim uniuscujusque paginæ. Tituli Surarum cinnabari adpicti. Suris, præsertim prioribus, multæ sunt in margine adscriptæ notæ. In fronte adpositus est index Surarum ita digestus, ut nomen Suræ sit vulgari atramento scriptum. Numerus Suræ est supra ipsius nomen adscriptus rubro colore. Pagina, in qua Sura quæque occurrit, infra nomen cinnabari insignita est. Præter glossas adsunt quoque versuum indices. Cfr. ea, quæ in fine de lectionum varietate attulimus. Neque desunt signa, Koranum in sectiones &

e) Erpenii Gram. Arab. pag. 178.

f) Smith de moribus & instit. Turcarum pag. 58.

portiones esse divisum indicantia. In Catal. Mss. Gymn. Wex. Biblioth. consignatus N:o 52. Mira cura & diligentia exaratus.

Codex A est maximo 8:o, & sine dubio recentissimus nostrorum Codd. Characteribus admodum distinctis atque nitidis exaratus. Duodecim lineæ in unaquaque pagina. Tituli Surarum rosei. Desunt passim in nostra saltim Sura voces, quæ melius adessent, & in nuntiatione adpingenda est nonnumquam parum cautus. Emit Biblioth. Carolina & hunc & codicem C. a Peringero Liljeblad, Regi a secretis, satis sua sollerti cura Mss. Orientalia colligendi inclytissimo. Anno 1703 d. 25 Julii literas emendique conditiones obtulit Consistorio Acad. Lundensi. Exhibebantur literæ d. 3 Aug. & d. 11 eod. mens. inter Patres convenit pecunias, quas poposcit Liljeblad, ei esse numerandas. — N. Stridsberg Amanuensis, Haqu. Stridsbergii L. L. O. O. Professoris filius, hunc librum in Catalogo Mss. N:o 7 notavit hoc titulo: Alkoranus miræ elegantiæ & nitoris, holoserico (nunc coriaceo) involuero compactus.

Tertius Codex, B est magno 12:o. Quindecim lineæ uniuscujusque paginæ. Tituli Surarum rosei. Puncta aurea. Prima & secunda Sura auro nitent atque purpura. Superne & ad linearum latera adpictæ sunt frondes cœruleæ, roseæ. Volubili, compendiario & eleganti Arabum scribendi genere exaratus. Dum potestas L. L. O. O. in Acad. Carol. publice & ordinarie profitendi concessa fuit Celeb. Matthiæ Norberg, dedit nostri Lycæi Bibliothecæ hoc Mss. a se Constanti-nopoli 1779 emtum. — In Cat. Bibl. Nov. Mss. N:o 4: Koranus Muhammedis literis minusculis exaratus & punctis aureis illustratus.

B



**SURAN: den knäböjande, Mekkansk, sju och trettio versar.**

I namn Guds, den barmhertige förbarmarens.

1) Hm. 2) Nedsänd är Boken från Gud den mäktige, den vise. 3) Sannerligen i himlen och på jorden (äro) tecken för de rättrogne. 4) Jemväl i eder egen skapelse, och i de krälände djur han utspridt (äro) tecken för dem som stadigt tro. 5) Och i vexlingen af natt och dag, och i det regn som Gud låter falla från himlen, hvarmed han upplifvar jorden efter dess död, och i vindarnes kast (äro) tecken för dem som förstå. 6) Dessa äro Guds tecken. Vi upprepa dem för dig, så som de äro. Men på hvilken lära efter (förnekandet af) Gud och hans tecken vilja de väl tro? 7) Ve enhver lögnare och gudlös. 8) Han hör Guds tecken; de upprepas för honom, men han fortfar i trotsigt höghod, liksom han icke hade hört dem. Derföre förkunna honom ett pinsamt straff. 9) Men när han fattat af våra tecken något, så vänder han det i löje. Åt sådana skall vara ett skymfligt straff. 10) Dem väntar Gehenna. Och icke skall gagna dem hvad helst de sniket förvärfvat, och icke hvad de förutan Gud antagit till hjälpere. Svårt skall deras straff vara. 11) Denna (Boken) är den rätta anvisningen. De som förneka sin Herres uppenbarelser åt dem skall vara straff med pinsamt marter. 12) Det är Gud, som lagt hafvet under edert välde på det skeppen må fara deruppå efter hans vilja, och på det I må söka delfående af hans (utbredda) godhet, och kunna väckas till tacksamhet. 13) Han har ställt under eder, hvad som är i himlen och på jorden — allt af honom. Sannerligen (äro) härutinnan tecken för dem som tänka. 14) Säg de rättrogne att de förlåta dem, som tvifla på Guds (straffande) dagar, på det han må (sjelf) vedergälla dem efter förtjenst. 15) Den som handlar råtrådigt gör det till fromma

för sin egen själ, men den som ondt gör skadar sig sjelf. Slutligen skolen I återvända inför eder Herre. 16) Redan hafva vi gifvit åt Israëliterna Pentateuken, vishet och förmåga att profetera; vi hafva jemväl försörjt dem med godan spis, och upphöjt dem öfver alla folk. 17) Vi hafva gifvit dem tydliga underrättelser i religionsbuden, och de söndrade sig, först sedan den högre uppenbarelsen kom till dem, af stolthet och hat mot hvarandra. Men din Herre skall på uppståndelsens dag afgöra dem emellan det, hvarom de varit oense. 18) Vidare hafva vi satt dig (Muhammed) att bekantgöra lagen om religionssaker. Följ den; men icke deras uppmaningar som okunnige äro. 19) I sanning skola de ej bereda dig förutan Gud det ringaste godt. De gudlöse skydda den ene den andre, men Gud är deras skydd, som honom frukta. 20) Denna (Koran) innehåller tydliga läror för menskorna, och är ett lefnadsrättesnöre och en nådaskänk för dem som riktigt urskilja. 21) Männe de, som göra det ondt är, hålla så före, att vi skola behandla dem på samma sätt som dem hvilka tro och öfva det goda, och att ingen skilnad skall vara mellan begges lif och död. Men falskt dömma de, som dömma så. 22) Ty Gud har skapat himmelen och jorden med det sanna syfte, att hvar och en skall vedergällas efter förtjenst och orättvisa icke vederfaras någon. 23) Ja! hvad tror du väl, den som gör sin lusta till sin Gud, som Gud låter vilse fara om sanningen, och hvars öra och hjerta han förseglar och öfver hvars öga han kastat ett täckelse, hvem skall näst Gud föra honom till rätta? Skall icke detta tjena eder till varning? 24) Väl påstå de, att det icke finnes något lif utom detta jordiska. "Vi lefva och vi dö, och ingen ting förstör oss utom tiden." Men häri hafva de ingen visshet, de blott inbilla sig så. 25) Och när för dem upprepas våra tydliga uppenbarelsen, så hafva de ingen annan vederläggning än att de säga: framhafven edra fäder, så vida J ären sanfärdige. 26) Förkunna du dem: Gud gifver eder lifvet, han tager det ock, men omsider skall han samla eder på uppståndelsens dag. Härom är intet tvifvel, fastän de fleste menniskor ej fatta det. 27) Guds är väldet öfver himmelen och jorden, och på den dagen domens timma är fastställd, på den skola (koran)förnekarne förgås. 28)

Då skall du skåda alla folk *knäböjande*. Hvarje folk skall kallas fram till sin räkenskapsbok. "I dag (så Domaren) skall eder vdergällas efter som I handlat hafven. 29) Denna vår bok skall tala om eder med sanning. Vi uppskrefvo i den hvad I hafven gjort." 30) Och de som trott och öfvat det godt är, dem skall deras Herre införa uti sin barmhertighet. O det skall vara en förklarad salighet. 31) Men de otrogna åter (till dem Domaren): Hafva icke mina läror blifvit eder förkunnade? Men I hänfördens af öfvermod och voren lastbara menniskor. 32) Och när man sade till eder: Guds hotelse är sanfärdig och domens timma kommer ofelbarligen, då svaraden I: vi veta icke hvad det skall vara för en timma, vi hålla det för en lös förmodan och tro icke med vissbet derpå. 34) Men nu ställes dem för ögonen det onda, som de hafva gjort, och hvad de hänade det omgifver dem. 34) Det skall förkunnas dem: i dag skola vi förgäta eder, på samma sätt som I förgätit denna eder dags ankomst. Eder boning skall vara elden — och åt er ingen hjelpare. 35) Detta derföre att I vändt uti löje Guds uppenbarelser och låtit denna verdens lif förföra eder. Derföre skolen I i dag icke utslippa derifrån (elden), och icke mera anmanas att söka Guds nåd. — 36) Pris vare derföre Gud, Herren öfver himmelen och Herren öfver jorden och Herren öfver alla tider. 37) Honom vare ära uti himmelen och på jorden; han är den mäktige den vise.

Notæ.

Nominata est hæc Sura *den knäböjande*, كِنَابِيَّةٌ, quoniam versiculo XXVIII facta est mentio de omni populo, coram Deo, genua flectente, dum jam ingruit tremenda illa iudicii supremi dies. — Est, excepto modo versiculo XIV, de quo ambigitur, tota Mekkæ revelata, utut inter omnes, teste Maraccio, convenit. Convenit quoque inter omnes, eodem teste, de numero versiculorum hujus Suræ. Neque MSS, quorum examinandorum nobis fuit opportunitas, huic concordie refragantur. Quod non attulissem, nisi animus esset obiter indicare, discrepantem versiculorum numerum, si nostris hominibus parvi momenti esse videatur, Arabibus non item. Qui vero, quanta cura quantaque sollertia Muhammedani non versus solum Korani verum etiam voces, immo literas numerarint, cognoscere gestit, eum delegamus ad Relandum de Relig. Muham. pag. 25.

أي De hoc vocabulo hæc habet verba Djelaleddinus, interpretum longe doctissimus, in Sura II. v. XXXIX: Significat aliquando hæc dictio Sacros libros, aliquando miracula, aliquando versus Korani. — Versiculorum Korani duplex est ratio. Sunt vel versus minime ambiguae & unius significationis الأيـات المتشابهات, vel versus qui diversos habeant sensus الأيـات المتشابهات Meidani Onomasticon Arab. Persicum. Ut h. l. significat versus Korani, ita in ipsa Sura sæpissime recurrit hoc vocabulum, nunc per signum *ج*, e miraculum, nunc per sacros libros — præsertim Koranum — vertendum.

V. 1. Hm. Sunt undetriginta capita Korani, quibus singulae quaedam literæ sunt præfixæ. Aliis Suris una tantum est præfixa litera vel *ق* vel *ص* vel *ن*. Aliis præfixæ sunt duæ literæ *ط* vel *طس* vel *يس* vel *حم*. Aliis tres *الم* vel *الر* vel *طسم*. Aliis quattuor *المص* vel *المز*. Aliis denique quinque *كهيعص* vel *حم عسق*. Quamvis omnes, etiam intelligentissimi, religionis Muhammedanicæ asseclæ uno ore consentiant, nemini mortalium, excepto Muhammede, concessum fuisse intelligere quid revera significant hæc Korani notæ propriæ & mysteriorum indices, tamen iisdem explicandis exerevit jam immensa conjecturarum silva. Suam de his characteribus sententiam aperte sane atque ingenue confirmat Djelaleddinus, his verbis *الله اعلم بهر انه بذلك* Deus optime novit quid sibi in his voluerit. Jam vero assumta conjiciendi libertate, statuunt interpretes singulis hisce seorsim literis aliquid peculiare denotari, easdemque esse compendia vocabulorum, quare & Medda iis superposita est. His siglis vocumve compendiis vel notis numericis (non enim desunt, qui contendunt, hanc esse earum significationem) vel pro ipsa sua, ut literæ sunt, natura designantur arcana Dei; nempe attributa ejus & opera, vel mandata vel decreta et res futuræ. Cfr. Gram. Erpenii ex recensione Jac. Golii pag. 181. Lugd. Bat.

Bibliothek der  
Deutschen  
Morgenländischen  
Gesellschaft



1656. — Omissis ceterarum Surarum notis earumque interpretandi rationibus, afferamus, in quibus Suris nostra occurrant vocabula, & quomodo interpretes, pro varia sua conjiciendi sagacitate, eadem explicaverint. Septem deinceps Suris (XL—XLVI) præfixi sunt hi mysteriorum indices. Suræ XLII insuper additæ sunt literæ عسق. Duæ vero priores literæ, حم, sunt sine dubio majoris momenti, quam tres illæ sequentes, quæ aut fortuito aut alia quadam de causa insertæ sunt. Sed, missa tov عسق interpretatione, in iis tantum literis, quæ huic Suræ præmissæ sunt, explicandis moremur. Contendunt igitur nonnulli, has literas (حم) esse scribendi compendia, virtutes quasdam Dei invenientia. Ita significarent الرحمان الرحيم vel similia quædam. Ejusmodi conjecturæ, etiamsi non iis, quæ attulimus, vocabulis, palmam defert Ryer, qui in sua Gallica translatione (Paris 1762) vertit: *Dieu est prudent & sage*. Huic interpretandi rationi non accedit Cel. Wahl. (Der Koran übersetzt von Sam. Friedr. Günther Wahl Halle 1828). Hic satius existimavit hæc literas ad rem quandam, de qua tamen nos non certiores fecit, harum Surr. argumento propriam, referre. Duplicem tradit interpretandi rationem. Opinatus est م significare Muhammedem, & ح interpretatur per حم determinare, mensura modoque definire vel per حق verificare, jure vincere, certo cognoscere, dignoscere vel per حكم dijudicare; permittens liberæ legentis voluntati eligere, utrum hæc vocabula ut verba an adjectiva assumantur. Utrumque enim, salva sententia, sibi constat. Altero denique loco sequentes affert interpretandi rationes, suo iudicio optimas, quippe cum apprime consentiant harum Surr. primordiis: حق مصدق Divina veritas Korani vel حق متحقق vel حق مقدر confirmata veritas (Korani) Cfr. Wahls Uebers. & ejus notas ad Suram XL, ubi quoque literæ عسق, Suræ XLII additæ, explicantur.

V. 2. *Nedsänd*: Vetus est fama, teste Zamchascerio, Koranum totum in nocte *Kadar*, e tabula custodita, quæ in coelo septimo asservatur, & in qua inscripta sunt rerum fata, ad coelum, terræ proximum, demissum fuisse. E quo coelo per angelum Gabrielem paulatim & per partes, spatio viginti trium fere annorum, Muhammedi delatus est. Vide Maraccii Refut. in Koran. Suram XCVII.

V. 3. المؤمنین *rättrogna*. Per hoc vocabulum perpetuo in Korano intelliguntur Muhammedani, qui, sancta reverentia capti, Islamismum profitentur. Qui vero fidem non habent Korano Muhammedique, in vss: 11 & 31 & alibi in Korano vocantur كافيرين. Præterea Islamismus, الاسلام, omnem complectens doctrinæ Muhammedanicæ ambitum, duabus absolvitur partibus; theoretica, ايمان *fide*, & practica, دين *cultu*. Harum parti-



um prior sex complectitur locos, fidem 1:o) in Deum. 2:o) in Angelos & Genios. 3:o) in libros a Deo traditos 4:o) in Prophetas ad homines divinitus missos 5:o) in resurrectionem & diem iudicii supremi 6:o) in irrevocabile Dei decretum & prædestinationem. Pars posterior religionis Muhammedanicæ, praxis, locis quattuor constituitur: nimirum 1:o) precatio statis temporibus continuanda, cui quoque quasi curæ præviæ accedant lotiones sacræ 2:o) eleemosyna 3:o) jejunia 4:o) peregrinatio Meccana. Vide Vorläufige Einleitung d. Koran übersetzt von G. Sale und verdolmetschet von Th. Arnold. Lemgo 1746. pag. 90 & seqq. Qui utrisque religionis Muhammedanicæ partibus, & fidei & cultui, satisfaciunt, vocantur **الذين آمنوا** in vss. 21 & 30 hujus Suræ & alibi in Korano. Vide Caput XXXI. Korani Arab. & Svehice pag. 7. Dissertatio. Præside C. F. Björkman Upsaliæ 1813.

V. 4. Ad verbum: *det som han utspridt af krälände djur*. Talis verborum constructio est apud Arabes longe usitatissima. Præmittitur **ما** cui verbum subjungitur. Dein subsequitur præpositio **من** cum suo substantivo recto. Quod substantivum assumit & notionem partitivam & valet una cum regente præpositione ad id ulterius determinandum atque restringendum, quod per **ما** vage & indefinite positum est. Cfr. Gram. Arab. par Silv. de Sacy Tom. 1. 837. 4. — Qui jam sequitur versiculus hanc constructionem exemplo comprobat. Heic et subjectum et prædicatum et insuper præpositio cum suo substantivo recto, detrusa sunt atque compacta inter **ما** et **من**.

V. 6. **حديث** pl. **حدثان**, **أحداث** pp. quod recens evenit, dictum vel factum, nuntius, historia, narratio. Peculiariter Muhammedis, Pseudo-prophetæ, dictum factumve posteris traditum. Hoc autem asseclis ejus duplex est. Aut **النبوي**, propheticum, quod ipse dixit, aut **القدس**, sanctum, quod illi angelum Gabrielem a Deo attulisse credunt. Tum et **القدس** talis nuntius est, quem propheta, aut inspiratione, aut somno a Deo acceptum, suis ipsius (prophetæ) verbis tradidit aliis. Huic præferendus est Koranus, cujus ipsa verba a Deo propheta accepit. Denique et illa traditio duplex esse potest, aut **صحيح حديث** (genuina narratio), aut huic contraria **حديث مستقيم** (narratio spuria). Inde **طلب الحديث**, studium, quo cognoscuntur illa dicta, et genuina a spuriis discernuntur. Freytagii Lexicon Arabico-Latinum ex Jacuti Hamatai Thesouro Geographico.

Ad verbum: *in quam narrationem post Deum & signa ejus credent*, h. e. cui credent, si non habeant fidem Deo & signis ab eo traditis. Male Maraccius contendit, per **آيات** h. l. intelligi Koranum. Cui versioni quam

maxime refragatur ipsa sententiarum series, quam quidem rite tenere in legendo permagni interest; quæque mihi aptissime hoc modo connecti videtur. Incipit Propheta hanc Suram dicendo, Koranum coelitus esse demissum a Deo præpotente atque sapiente. Dein (v. 3—5) enumerat testimonia, e rerum natura, quæ oculis nostris obversantur, repetita, quæ probent Summi Numinis divinam sapientiam & potestatem. Horum vero jam exposita narratione, quam digressionis loco haud male habeas, inter se connectit versiculos secundum & sextum interrogando, quomodo fieri possit, ut, qui neget testimonia hæc perspicua (آيات), fidem habeat Korano (حديث). Tum his minatur poenam gravem (v. 7.) quam denique graviolem iis annuntiat, qui in derisum accipiunt Koranum (v. 8—11). Quo vero facilius sibi fidem faciat, & in suas partes trahat homines, enumerat postremo (v. 12—13) ejusmodi divinæ sapientiæ testimonia, quæ et hominibus maxime usui sint, et, injecta de humana præstantia mentione, animos eorum voluptate titillent. Fuit nimirum sagax hominum pervestigator Muhammed; secreta pectorum scrutatus est, & voluntatibus jungendis accommodavit sua verba et lenocinia.

V. 8. *Derföre förkunnna honom.* In eodifferunt particulae و & و — utraque est copulandi particula — quod hæc usurpatur, quando quæ sequuntur, ex antecedentibus pendent. Est igitur non solum copulativa verum etiam causativa particula. Illa non item. Cfr. Gram. Arab. p. Silv. de Sacy Tom. 1. 880. — *فشّر* (fut O) pp. Læto nuntio exhilaravit, unde *فشّر*, Hebr. *בשרה* evangelium. Dein in plane oppositam abiit significationem: mala nuntiata cui minari. In omnibus fere linguis adest haud exigua copia ejusmodi vocabulorum, quæ media Grammatici nuncupant. Quæ hujus vocabuli anceps significatio in causa est, quare nonnulli Lexicographi statuant illud significare: in genere quid nuntiare sive bonum sive malum. Neque illud perperam. Dummodo ne primariam vocis significationem ita prorsus negligant tirones, ut eandem nullius esse momenti credant. Quanti sit momenti, probat ipsa construendi consuetudo, cujus rationem probabilem reddere non potes, nisi primariam tenes significationem.

V. 9. *i löje* acc. sing. nom. act. *هزوا* *irrisio*. Rad. *هزى* v. *هزوا* *irrisit*. Solent Arabes cuicumque nomini, tam substantivo quam adjectivo, in accusativo absoluto posito, naturam adverbii induere. Tradunt nonnulli, hoc per ellipsin verbi substantivi esse explicandum. Ita igitur h. l. supplendum: *اتخذها لتكون له هزوا*, quæ verba, latine adverbium versa significant: *sumit eam* ut ea sit ipsi *ludibrio*. Cfr. Carling: *Curæ Critico-exegeticæ in Suram XXXI.* Ups. 1829. p. 48. Quam quidem ellipsin, etiam, ut ejusmodi omnia, non sit cognitu prorsus necessaria, cognoscere tamen forsitan nonnullorum interfuerit. *هان* *ignominiosus* R. *هان* *levis facilis fuit res IV) Contempsit, ignominia affectit.*

D



V. 10. Sæpissime evenit, ut vox illa *من*, quæ ipsa est præpositio, una cum substantivo, in genitivo posito, simul constituent novam præpositionem. Cujus constructionis hic versiculus duo præbet exempla *وراء* pars postica, *من وراءهم* pone eos. Quæ vocabula in Sura XIV. v. XVII. ita exponit Djelaleddinus: *ante eos seu coram eis*. Potest etiam significare *من خلفهم* post eos, seu a tergo eorum; & quidam referunt ad ipsos homines, quidam vero ad id, quod præcessit; ut sensus sit *بعد ذلك* post hoc. Ita vertere conati sumus, ut harum versionum utrique satisfaceret. Alterum jam commemoratæ constructionis exemplum, in hoc versiculo occurrens, est *دون من* sub, infra, citra, præter, a substantivo *دون* pars inferior. Præterea in hac Sura hujus constructionis exemplum occurrit *من بعد* post, a substantivo *بعد* pars posterior.

*جهنم* Gehenna. Ipse Koranus tradit (Sura XV. v. XLIII), septem esse portas orci & totidem separatas partes. Quarum aliæ alios damnatos, prout fert diversitas scelerum, excipient. *Prima* ædes, levioribus poenis damnatos exercitura, nominatur *جهنم*; sola capit Muhammedanos impios, inde revertentes, postquam scelerum poenas dederunt. Cfr. Arnolds vorl. Einleitung pag. 116. *Secunda*, *لظى*, eos excipiet, qui commentitios Deos adorant. Cfr. Wahls Uebersetzung der Koran Halle 1828. pag. 206. Quo ex libro etiam sequentia depromsimus. *Tertia*, *حطب* nuncupata, capiet Gog, Magog & ejus farinae plures. *Quarta* *سعير* appellatur. In quod pistrinum detrudendi sunt demones. *Quinta* nomen est *جاسم*. Heic misserrimam degent vitam Judæi, Christiani & Magi omnes, quotquot fuerunt Soroastris assectatores, ignem sacrum atque æternum, Mithren, invocantes. In *sextam*, *سقر* nuncupatam, compingendi sunt, qui preces eleemosynamque neglexerunt. *Septima* tandem, cui nomen est *هاويه*, erit infelicissima sedes hypocritarum, qui, quamquam præ se ferant religionis & pietatis speciem, fur-tim tamen sancta quæcunque atque solennia contemnunt ludibrioque habent. Hæ Muslemorum inferni septem separatæ sedes earumque incolæ. Neque tamen reticeamus non omnes, harum rerum prudentissimos, inter se consentire — si modo septimam, eandem infelicissimam, exceperis — de uniuscujusque harum provinciarum habitatoribus. Alii aliter dispertiunt. Sic ex. gr. Christianos nunc in *حطب* nunc in *سقر* detrudendos volunt. Judæos alii in *لظى*, alii in *سعير* alii in *حطب* compingunt. Sed non est operæ pretium cognoscere variam hanc sedium commutationem, inferorumque ex una in alteram orci partem migrationem. Diversas diversarum partium poenas nullibi Koranus una serie commemoravit, etiamsi passim de

unius alteriusve supplicii mentionem fecit. Omnes tamen ignem flammisque minitari satis superque comprobatur etymologia vocabulorum. — Undeviginti Angeli custodiunt septem orci portas. Sura LXXIV. v. 30. Sæpissime, ubi de Gehenna sermo est, intelligitur non solum hæc suprema inferni pars, sed totus etiam orcus. Quod etiam interdum valet de aliis inferni partibus separatis.

V. 11. **هدى** Directio. Institutio religionis, præsertim Muhammedanica. Hanc vocem, Korano adamatam, in notis ad Suram II. v. 38. Maraccius habet pro "divina prædestinatione illiusve speciali effectu." Djelaledinus vero, omnibus, ubi hæc vox occurrit, locis inter se comparatis et probe examinatis, statuit eandem significare "librum et legatum **كتاب ورسول**, sibi concordem." Plerumque, ut jam diximus, de Korano accipiatur. Rad. **هدن** Hebr. **הדה** pp. *tetendit*, unde ad viam translatus *recta duxit. direxit*. Vi igitur vocis svethice perbene reddi potest per *rättesnöre* ut nos versiculo XX, præeunte Celeb. Wahl, fecimus.

**لهم — اليم** Ad verbum *ät dem skall vara ett straff bland marter pinsamma*. Haud infrequens in LL. OO. construendi ratio, gradum superlativi indicans.

V. 12. **بغا** (fut J) modum transgressus fuit, exorbitavit, a vero justoque deflexit, insultavit alteri. IV) Petiit, vel quæsivit alteri vel iuvit eum in quærenda re. VIII) Quæsivit, expetivit. Nostrum *delfvænde* si non in textu arabico inest suo proprio vocabulo, inest tamen & ex ipsius sententiæ vi, & significatione partitiva præpositionis **من**.

**من فضله** *Af hans utbredda godhet* Ita optime, credo, transferendum est. Aliter Boysen & Wahl: *Dass Ihr auf demselben, nach seiner Gute, Handlung treiben könnt; ita ut eadem omnino esset constructio ac illa nuperime antecedens **بامره** Nach seinem Willen*. Certe quidem interdum præpositio **من** ita adhiberi potest. Sed nulla subest causa, quare in vertendo vulgaria temnas & ad infrequentiora recurras, nulla urgente necessitate. Quod tamen heic factum est. Perspicuus enim & idem elegans exoritur vocabulorum sensus, si usu frequentatam *rov* **من** significationem, partitivam dico, retineas. — **فضل** *utbredda godhet, öfverflödande godhet, vel si mavis välsignelse*. Adjectiva illa adnexa non superflua habeas, inest enim in ipso substantivo vis quædam ubertatis et redundantia. Rad: **فضل** superfluit, exuberavit, excessit, præcelluit, præstantia vicit. Hinc nom. act: **فضل** augmentum, res s. pars redundans, bonum, bonitas, beneficia divina. Est igitur sensus: & ut navigando exquiratis & in vestram utilitatem convertatis *quidquam* eorum commodorum, quæ, Divina Numinis gratia, *ubique* terrarum sese offerunt.

V. 14. De sensu verborum أيام الله ambigunt interpretes. Neque tamen est, de quo ambigatur. Quo enim simplicius eo etiam rectius explicantur hæc vocabula. Hæc nostra opinio. Neque tamen silentio prætereamus alteram illam interpretationem. Per vocabula jam citata non intelligunt dies iudicii supremi, sed eadem ita torquent, ut respiciant tempus, quo Deus Zebaoth ita adjuvabit Muslemios, ut hostes suos, omnes infideles, profligent. Hic igitur versus, ad eorum sententiam translatus, ita svethice audit: *Säg de rättrogna att de skola förlåta dem, som ej hafva förtroende till Guds segerrika bistånd emot de otrogna, på det han etc.* Tradunt, qui ita interpretantur, hunc versiculum Muhammedi esse coelitus demissum, quando Omar, quem quidam e tribu Gifar maledictis lacesserat, iræ impotens, injuriæ vindictam e vestigio expetivit. Hæc versio nobis nimis speciosa videtur doctrinæque ostentationi inserviens.

V. 15. Quæ de particula inseparabili  $\text{و}$ , & copulativa & causativa, vers: 8 disseruimus, h. l. optime probantur. Præpositiones  $\text{ل}$  &  $\text{على}$ , sibi invicem esse oppositas, ita ut illa significet *in utilitatem*, hæc vero *in noxam*, ex hoc ipso versiculo elici potest. Sed non in hoc unico exemplo nobis adquiescendum est. Attamen ne multis morer, unum tantummodo affere placet. Verbum igitur  $\text{حكم}$  judicavit, cum  $\text{ل}$  constructum significat *reum absolvit*, cum  $\text{على}$  *reum condemnavit*.

V. 16. الكتاب significat h. l. Pentateuchum ut centies in Korano. Lex Mosaica alias quoque in Korano appellatur  $\text{توراة}$  Hebr.  $\text{הורה}$  —  $\text{زبد}$  *Largitus fuit ac præbuit præcipue ejusmodi, quod ad vitam sustentandam necessarium sit, sustentavit.*  $\text{طيبه}$  (pl. san.) *res bona atque licita.* Pl. *Bona atque delicia.* Respiciunt præcipue alimonia, unde etiam Surâ VII. 59. provincia frugifera vocatur  $\text{البلد الطيب}$ . Credimus igitur, ipsorum verborum primaria significatione ita ferente, Muhammedem heic respicere mannam coturnicesque Israelitis, cum per desertum migrarent, coelitus delatas. Cui etiam sententiæ eo potius accedimus, quod in Suris XI. 57. & XX 75. 76, ubi expressis verbis de manna coturnicibusque agitur, eadem prorsus, ac heic, iterum occurrunt vocabula. Nemo enim unquam iverit infitias, unumquemque auctorem, locis parallelis inter se collatis, optime explicari; ita ut — id quod in proverbium jam abiit — suorum quisque verborum sit optimus interpres.

V. 17. Quo melius intelligatur, quamnam sit hujus versiculi sententia, exponere licet, Muhammedem agnovisse & Mosem & Jesum esse legatos Dei, cumque confirmasse doctrinam ab iis propositam. Quæ doctrina ab ipso Muhammede *evidens* appellata est. Non enim heic solum audit  $\text{بينات من الامم}$  hæcce doctrina. Sed Islamiticæ religionis conditor pronuntiavit quo-

que, se esse summum & ultimum Dei in terris legatum; & religionem, a se consutam, nominavit **علم**, passim in Korano; unde quoque factum est ut ipsi Muslemii tempora ante Muhammedem *sæcula inscitæ* nominaverint. Cfr. Arnolds Vorl. Anm. pag. 41. Hoc loco, ut centies in Korano, invehitur in Judæos Muhammed, quod suæ religioni non omnes accedant, sed *discordia atque fastu inter se dissentiant* **احتدقوا بغيبا**. Cujus rei culpam omnem in Bibliographos Hebræos rejicit, qui, sacras suas literas exarandas ita corruperunt, ut ea omnia omiserint loca, quæ Muhammedis missionem divinam confirmarent. Cfr. Mar. Suram II. vss. 42. & 79. notasque Djelaeddini & Jahiæ.

V. 18. *Som äro okunnige*: respiciunt hæc verba, teste AlBeidavi, optimates Koraischitarum, qui, religioni Muhammedis non accedentes, eum orabant rogabantque, ut a suo proposito novæ condendæ religionis desisteret.

V. 19. Ea est inter negandi particulas **لن** & **لم** differentia, ut hæc neget absolute & vim sequentis futuri in significationem præteriti vertat. Non ita **لن**, quæ semper negat rem futuram. Est hæc particula composita ex negandi particula **لا** & conjunctione **أن**, quapropter etiam, vi vocis, significat *non erit ut*.—Vocabula **من الله** possunt, ingenio linguæ ita ferente, ancipiti modo explicari. Aut enim est usitatissima illa jurandi formula *vid Gud*, aut, id quod mihi aptius videtur, negat illud reique absentiam infert, ita ut vertatur *utom Gud*.—**شي** pl. **أشياء** *res, quidquam, aliquid, præsertim minutum & parvum*. Hoc loco, adverbialiter in accusativo absoluto positum, potest perbene una cum antecedente particula negativa verti *ne minimum quidem*.

V. 21. **سوا** Omnia MSS, excepto C, ut in varietate lectionum jam observatum est, posuerunt hoc vocabulum in nasbo. Idque melius quoque, quod explicatio Jahiæ, quam adnectere juvat, certissime evincet. Ita Jahias: Si sit in casu recto ita explicandum est: Fideles morientur fideles, quales vixerunt, infideles similiter infideles morientur, ut vixerunt, & ita æquale erit vivere et mori eorum, seu mors cum vita conveniet tam fidelis quam infidelis. Sin autem sit in nasbo, putat Jahias, connectendum cum superioribus ita: an existimant illi, qui perpetrant mala, se eodem omnino modo a nobis esse tractandos, ac illos tractaturi erimus, qui credunt & operantur bona; ita ut æquale futurum sit vivere eorum & mori eorum?—Hanc legendi rationem (quippe quæ nobis optima visa est) vertendo secuti sumus, non tamen recedentes a consuetudine nostra typis exscribendi textus Maracciani. Quare non *deras* sed *begges* adhibuerimus, per se patet.

V. 23. Vocabulum **أفرأيت**, compositum ex verbo **أرأى** *vidit* & interrogandi particula **أ** cum inserta particula inseparabili **ف** *ergo*, significat vi

vocis: *Hvad alltså synes dig?* Sed totum fere abiit in interjectionem mirantis & idem indignantis.

من بعد الله post Deum, si Deum exceperis vel, si mavis, quod ad hujus loci sententiam apprime conformatum est, postquam eum Deus deseruit.

V. 24. ان هم الا يظنون Si hi non nisi opinantur. Est modus loquendi, usitatus quoque in lingua Hebræa, quo aliquid absolute negatur vel affirmatur. Sensus est: *Hi tantummodo opinantur.* Maraccius Sura II. v. 78. Non tamen opus est — mea sententia — ad ejusmodi interpretandi rationes recurrere. Dissolvitur omnis difficultas, si voci ان tribuas significationem *non* haud infrequentem.

V. 27. ساعة pl. san ساعات & fr. ساعة tempus præsens, momentum, hora. Articulo præfixo significat tremenda *judicii supremi hora.* يقوم الساعة stabit dies *judicii: i. e. indubitato aderit.* Quæ dies *judicii*, variis Korani locis, varie nuncupatur. Nomina maxime usufrequentia sunt: quod jam heic occurrit الساعة ita quoque in Nov. Test. Joh. 5., & لقا occursus ut etiam in Nov. Test. 1 Thess. Cap. 4, & يوم التالفي, & يوم لقيبه, ut versiculo antecedente. Maraccius, qui nullo non tempore, oblata vel minima occasione, in Koranum vehementissime invehitur, contendit, Muhammedem nomina hæc N. T. eam ob causam accepisse, ut *cornicula, furtivis inducta coloribus, melius fallat.* Cfr. refutat: in Suram VI. 30.

يوم — يوم repetitionem unius ejusdemque vocabuli, Arabibus utut & omnibus Eoi populis pergratam, nostris hominibus interdum auditu injucundam, h. l. non temere evitavimus.

باطل (fut O) vanus fuit IV) irritum & frustraneum fecit. Participium hujus Conjugationis plerumque in Korano de iis usurpatur, qui, divinitatem Korano abrogantes, contendunt, eum ficta quæcumque atque commentitia continere. — Idem prorsus hujus versiculi remanet sensus, si legendi rationem, quam B sequitur, accipiamus. Quænam vero fuerit causa hujus legendi varietatis in ipsa variantium enumeratione, verisimillima ducti conjectura, explicavimus.

V. 28. Vocabulum آل Coetus, multitudo, gens, populus, præsertim unius legis & religionis & instituti, potissimum autem recti & optimi. Heic gentes in universum, nulla religionis & instituti habita ratione.

كتابها. Die supremi *judicii* porrigetur unicuique hominum liber, in quo sedula cura exscripta sunt sua cujusque facinora. Quem librum fideles dextra, infideles sinistra manu accipient. Cfr. Wahl. Suram XXXIX. E Sura decima, cui nomen Jona, v. 22 colligitur, Genios hominum tutelares hos



libros conscripsisse. Quæ vero in his libris continentur, ea optime consentiant iis, quæ sunt scripta in libro illo, quem versiculo sequente *suum* nuncupavit Deus. E coelo deferunt hunc librum Genii, quos vocant *judiciales*, die judicii descendentes, ut ex Sura XXV. v. 26 colligitur. Cfr. Wahls Anmerk. ad h. l. Et credere fas est, hunc librum esse partem tabulæ custoditæ, **الدوح المحفوظ**, in qua inscripta sunt rerum fata. Cfr. Wahl ad Suram XLIII. Est quoque hæc tabula custodita archetypus Korani. Cfr. notam nostram ad vocabulum **تَنْزِيل** (v. 2), e Zamchascerio exscriptam. Fabulantur præterea Arabes multa de hac tabula custodita. Hæc Djelaleddinus: Tabula est in aëre, supra septimum coelum, custodita a Dæmonibus, ita ut quæ in ea scripta sunt nullo modo adulterari possint. Longitudo ejus tanta est, quantum a terra coelum distat, & facta est ex unica margarita candida. Ita refert Elnabbas. Mar. refut in Suram LXXXV. v. 20.

V. 32. Particula **أَنْ** regit futurum apocopatum. Ita quoque heic. Sed de hac irregulari forma futuri apocopati conferas velim Gram. Arab. par Sylv. d. Sacy Tom. 1. 402.

V. 33. **حَاف** (fut J med. **ي**) *Cinxit: circumdedit*. In margine Codicis W. adest **أَحَاط**, hujus vocis interpretatio. Est vero **أَحَاط** quarta forma verbi **حَاط** *custodivit, cavet*. II) *Circumdedit*. IV) *Cinxit, circumdedit*.

V. 34. **مَآوٍ** vel **مَآوٍ** (hoc raro occurrit) nomen loci, verbi **أَوَى**, *mansio, sedes, locus commorationis*. De ipsius verbi, tripliciter imperfecti, conjugatione vide Gram Sacyanam Tom. 1. p. 182. — **نَارٍ** pl. **نَيرانٍ** fem. subinde & masculinum, *ignis*, a verbo **نَارَ** (fut O) *luxit, splenduit*. Præfixo articulo significat *infernum sedem damnatorum*. (**الجنة**) *Paradisus*. Unde etiam damnati vocantur **أهل النار** *Homines ignis*.

V. 35. Mutationem personarum, quam in signum exardescentis iræ Propheta bene adhibuit, melius, credo, vertendo omittamus — **عَتَبَ** (fut O & J) *iratus fuit, succensuit, objurgavit*. IV) *Contentum reddidit, & ut adquireret effecit, in gratiam recepit*. X) = IV. *item expetivit gratiam, petiit ut contentus esset, item adhortatus fuit aliquem ut gratiam expetat*. Ita heic. Habet enim margo Codicis W. hanc hujus vocabuli interpretationem: **يطلب منهم العتبي** *exposcitur ab iis gratia* i. e. *exposcitur ab iis, ut in gratiam Dei revertantur, meliora nimirum faciendo*. In Sura XXX. v. 57, ubi eodem sensu hoc vocabulum occurrit, adest quoque in margine ejusdem codicis eadem hujus vocabuli interpretatio.



8404

سورة النجاثية مكية سبع وثلاثون آية



Varietas lectionum quam, collatis quattuor Manuscriptis, in hac Sura deprehendimus, numerum si respexeris, satis magna est, sin vim, parvi momenti. Fere enim tota versatur in signis atque notis orthographicis, in nunnatione, in diverso ejusdem vocabuli scribendi modo, in una denique alterave voce omissa. Quæ omnia aut nihil omnino, aut paullulum tantum ad ipsam sententiam variandam valent. Quod quamvis ita sit, attamen hæc ipsa, quæ varia nobis occurrerunt, subjungere nulli dubitavimus. Exinde enim certe colligere licet ea, quæ Grammatici de signis atque notis orthographicis, & de singulorum verborum scribendi genere statuunt, neque anxie servari, neque tanti esse momenti, quanti nonnullis visum fuerit. Neque est quod objicias scribendi incuriam. Assidua enim atque solerti manu exarati sunt codices nostri, nihilque habent neque incuriæ neque festinationis, & quam sibi quisque assumit scribendi rationem, eandem tenaciter ubique servavit.

بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ (1) الرَّحْمَنِ (2) الرَّحِيمِ (3)

I حَم (4) 2 تَنْزِيلُ الْكِتَابِ (5) مِنَ اللَّهِ الْعَزِيزِ

- 1) اللَّهُ A. اللَّهُ B. اللَّهُ C. & W. Ita semper hoc vocabulum in diversis Mss scriptum extat, quod semel monuisse sufficiat.
- 2) الرَّحْمَنِ B. C. & W. Observandum videtur Elif illud non radicale in Cod. W. semper, in B. non nisi hoc loco (ubi loci forsitan angustiis factum sit) in C. plerumque hoc modo supra lineam esse adpictum ut أَلِفُ
- 3) الرَّحِيمِ W. in quo codice vocalis literæ prostrationis ي semper perpendicularis adpicta est. Ex. gr. قِي, أَلِفُ كِيم, أَلِفُ نَزِيل, تَنْزِيل.
- 4) H. l. non interpungunt A. B. & C.
- 5) A. أَلِفُ كِتَابِ B. أَلِفُ كِتَابِ W. & C. Est notatu dignum Codd. B. C. & W. numquam Elif unionis articulare, وصل notandum, hoc signo notasse. Iidem quoque Codd.

التَّكْوِينِ ۖ 3 أَنْ ۖ (6) فِي السَّمَوَاتِ (7) وَالْأَرْضِ (8) لَايَاتٍ (9)  
 لِلْمُؤْمِنِينَ (10) ۖ 4 وَفِي خَلْقِكُمْ وَمَا يَبُثُّ مِنْ دَابَّةٍ (11) آيَاتٍ (12)

servant *جنزم*, Lam articuli imponendum, tantummodo ante literas lunares; ante solares semper abjicitur. Cujus rei nulla alia potest esse causa, nisi ea ut Lam articuli ante solares non efferatur suo proprio sono, sed illius loco subsequens solaris geminata pronuntietur. Cod. A. contra retinet *وصل*, abjicit vero semper *جنزم*, sive litera subsequens sit lunaris, sive solaris. 6) أَنْ ita omnia Mss. In his enim ubique abest *همز* sub Elif initiali, in vocabulis usu praesertim frequentioribus ex. gr. *أَلَا* pro *أَنَّ*. Valet etiam si a fronte creverit vocabulum, particula quadam inseparabili praefixa, ex. gr. *وَأَنَا* pro *وَأَنَا*. 7) Ita quoque A. *السَّمَوَاتِ* B. Linea illa perpendicularis purpurea. *السَّمَوَاتِ* C. *السَّمَوَاتِ* W. 8) *وَالْأَرْضِ* Omnia Mss. Ut igitur nuperrime reperiebamus *همز* sub Elif initiali (sive revera sit initiale sive particula quadam inseparabile praefigenda, initiale esse desiverit) abjici, ita quoque hoc vocabulum exemplum praebet abjectae Hamzae supra Elif initiale. Quam scribendi normam omnia Mss. religiosissime servant. Ex *أَتَيْمِ أَفَكَ* (v. 9). Neque ab hac consuetudine defleunt Mss. si a fronte creverit vocabulum, cujus rei jam sequens vox subministrat exemplum. 9) *لَايَاتٍ* A. B C *لَايَاتٍ*

لَعَوْنٍ يُوقِنُونَ<sup>(13)</sup> 5 وَأَخْتِلَافٍ<sup>(14)</sup> الْكَلْبِ<sup>(15)</sup> وَالنَّهَارِ<sup>(16)</sup>  
 وَمَا<sup>(17)</sup> أَنْزَلَ<sup>(18)</sup> اللَّهُ مِنَ السَّمَاءِ<sup>(19)</sup> مِنْ رِزْقٍ  
 قَاحِيًا<sup>(20)</sup> بِهِ الْأَرْضَ<sup>(21)</sup> بَعْدَ مَوْتِهَا وَتَضَرِّيهِ الرِّيحِ<sup>(22)</sup> آيَاتٌ<sup>(23)</sup>

W. ut jam notula secunda ostendit. Non præcedente litera  
 prosthetica habet A. semper آيَاتٍ, B. & C. آيَاتٍ 10) للمؤمنين  
 Omnia Mss, servante tamen C. & W. suam rationem literas  
 prolongationis vocalizandi. Optime quoque adest همز; signifi-  
 cat enim mutationem literarum infirmium. 11) دَابَّةً B.  
 دَابَّةً W. 12) Hoc vocabulum abest in A. 13) يُوقِنُونَ A B  
 & W. يُوقِدُونَ C. Etiamsi همز supra و impune & omitti &  
 adjungi potest, melius tamen forsā eam neglexeris. 14) Omi-  
 serunt وصل omnia Mss. 15) الْكَلْبِ A. B. C. W. الْكَلْبِ. Cfr.  
 Rosenmülleri Institutiones ad fundam. Linguae Arab. p. 26.  
 16) وَالنَّهَارِ A & B. C recte omisit همز. 17) وَمَا W. وَالنَّهَارِ  
 B. C. & W. 18) Abest همز supra Elif initiale in omni-  
 bus Mss, ut jam ex notula octava patet. 19) B. C. &  
 W. omiserunt وصل, ut jam in notula quinta monuimus.  
 20) Neglexerunt, pro suo more, omnia Mss. همز super Elif.  
 Codex W. habet قَاحِيًا. Quando enim cumque fatha vel  
 Kesre apposita consonanti homogeneæ, eundem reddit quiescen-



لِقَوْمٍ يَعْمَلُونَ ﴿ 6 تِلْكَ آيَاتُ اللَّهِ (24) نَتْلُوهَا عَلَيْكَ بِالْحَقِّ (25)  
قِبَائِي (26) حَدِيثٍ بَعْدَ اللَّهِ وَآيَاتِهِ يُؤْمِنُونَ (27) ﴿ 7 وَيَلْ  
لِكُلِّ (28) أَفَّاكَ (29) أَنْزِيمٍ ﴿ 8 يَسْمَعُ آيَاتِ اللَّهِ تُتْلَى عَلَيْهِ  
ثُمَّ يُصِرُّ مُسْتَكْبِرًا كَأَن (30) لَمْ يَسْمَعْهَا (31) فَبَشِّرْهُ بِعَذَابٍ (32)

tem, ipsa vocalis in hoc Cod. perpendicularis semper pingi solet. 21) الأَرْضِ A Male in genit. positum. Cetera Mss. الأَرْضِ. 22) الرِّيحِ W. ut semper solet supra lineam adpingere Elif non radicale. 23) آيَاتٍ W. آيَاتٍ B & C. A. perperam in Genit positum. 24) Abest hoc vocabulum in A. 25) بِالْحَقِّ B. C. W. بِالْحَقِّ A. 26) قِبَائِي Omnia Mss. τω Elif initiali deest هَمَز. Et initiale esse non desinit, si vel plures, quam una, particulæ inseparabiles præfiguntur. Cfr. notulam octavam. 27) τω و imposuit Cod. A. & B. etiam جَزْم. 28) Unus A. لِكُلِّ lapsu calami. 29) أَفَّاكَ W. Ceteri أَفَّاكَ. In sequenti vocabulo omnia Mss. neglexerunt, uti solent, هَمَز Elif initiali superpositum. W. & C. habent, pro suo more, Kesre perpendiculariter adpictum. 30) هَمَز supra Elif initiale, uti solent, neglexerunt omnia Mss. Scriptum igitur exstat كَأَن 31) Ita quoque C. Cetera Mss. super c non habent fatham sed





أَلِيمٍ (33) ۞ وَوَدَا عَلِمَ مِنْ آيَاتِنَا شَيْئًا اتَّخَذَهَا (34) هُنُرُوا (35)  
أَوْلِيَئِكَ (36) لَهُمْ عَذَابٌ مُهِينٌ (37) ۞ IO مِنْ وَرَائِهِمْ (38)  
جَهَنَّمَ وَلَا يُغْنِي عَنْهُمْ مَا كَسَبُوا شَيْئًا وَلَا مَا اتَّخَذُوا مِنْ  
نُونِ اللَّهِ أَوْلِيَاءَ (39) وَلَهُمْ عَذَابٌ (40) عَظِيمٌ ۞ II هَذَا (41)

Dschezm. W. pro suo more, habet يَسْمَعُهَا (32) بَعْدَ W. Cfr.  
Notulam secundam. 33) Deest هُنُر in omnibus Mss. quam  
quoque in sequenti vocabulo, pro suo more, omiserunt.  
34) اتَّخَذَهَا omnia Mss. 35) Male neglexerunt A B C.  
imponendam. 36) أَوْلِيَئِكَ B & W أولئك A & C  
و همن, ٣٥ و imponendam. 37) Unus A مُهِين. Perperam in hoc casu positum. 38) وَرَائِهِمْ  
A & C. وَرَائِهِمْ B Medda purpurea. 39) أَوْلِيَاءَ Omnia Mss.  
Abest igitur همن super Elif initiale. 40) عَذَابٌ W. sequens  
vocabulum ita scriptum exstat ut ex notula tertia exstare de-  
bet. Literæ igitur protractionis vocalis perpendicularis \*).  
41) هَذَا A & C. هَذَا W. هَذَا B. Elif compensativum rubro

\*) Habes ex hac versuum prima decade, sollerti cura cum Mss. collata, satis magnam exemplorum copiam, unde colligere possis quænam sit uniuscujusque Msi scribendi indoles. Ne igitur, eadem centies repetendo, in immensum crescat nostra varietatum enumeratio, non ulterius repetamus ea, quæ ejusmodi sunt, ut ex jam enumeratis pateat,

هُدًى وَالَّذِينَ كَفَرُوا بِآيَاتِ رَبِّهِمْ لَهُمْ عَذَابٌ مِّن رَّجَرِ الْآسَمِ ۖ  
12 اللَّهُ الَّذِي سَخَّرَ لَكُمْ الْبَحْرَ لَتَجْرِي (42) الْفُلُوكَ فِيهِ بِأَمْرِهِ  
وَلَتَبْتَغُوا مِنْ فَضْلِهِ وَلَعَلَّكُمْ تَشْكُرُونَ ۖ 13 وَسَخَّرَ لَكُمْ مِمَّا  
فِي السَّمَاوَاتِ وَمَا فِي الْأَرْضِ جَمِيعًا مِنْهُ إِنَّ فِي ذَلِكَ (43)  
لَآيَاتٍ لِّعُلْمٍ ۖ يَتَذَكَّرُونَ ۖ 14 قُلْ لِلَّذِينَ آمَنُوا (44) يَغْفِرُوا

colore scriptum. Hanc hujus vocabuli scribendi rationem  
ubique servant Mss. 43) *ذَلِكَ* W. *ذَلِكَ* B. Linea perpen-  
dicularis purpurea. Semel monuisse sufficiat hocce vocabulum  
ita semper, ut heic, scriptum exstare. 44) *آمَنُوا* A & B *آمَنُوا*  
C & W. Utraque scribendi ratio laudanda. Facillime enim  
inde colligitur hoc vocabulum in quarta sua forma heic loci  
esse adhibitum. 42) *لَتَجْرِي* Omnia Mss. 45) *لِيَجْرِي*

eadem esse tribuenda aut singuli cujusdam, aut omnium Mss. receptæ  
atque servatæ scribendi consuetudini. Notare igitur supersedeamus  
& articulum ejusque *كسر* & *فتحة* & vocales *حزوم* & *وصل* per-  
pendicularis adpictas, & Elif non radicale supra lineam positum, &  
singulas voces, in hac Sura sæpissime recurrentes, quæ in diversis Mss.  
diverso, attamen suo semper, modo sunt exaratæ. Ex. gr. *اللَّهُ*,  
*آيَاتِ*, *السَّمَاوَاتِ*, ceteræque. Missam denique faciamus enumerationem  
ejusmodi vocabulorum, ubi in omnibus Mss., omissa est hamza, Elif  
initiali adjungenda, omni cura atque diligentia quam demum cum-  
que aliam deprehendamus scribendi variationem probe enumeraturi.



لِلَّذِينَ لَا يَرْجُونَ أَيَّامَ اللَّهِ لِيَجْزِيَ <sup>(45)</sup> قَوْمًا بِمَا كَانُوا يَكْسِبُونَ ﴿١٥﴾  
مَنْ عَمِلْ صَالِحًا فَلِنَفْسِهِ وَمَنْ أَسَاءَ فَعَلَيْهَا ثُمَّ إِلَىٰ رَبِّكُمْ  
تُرْجَعُونَ ﴿١٦﴾ وَلَقَدْ آتَيْنَا بَنِي إِسْرَائِيلَ <sup>(47)</sup> الْكِتَابَ  
وَالْحُكْمَ وَالنُّورَ <sup>(49)</sup> وَرَزَقْنَاهُمْ مِنَ الطَّيِّبَاتِ وَفَضَّلْنَاهُمْ عَلَىٰ  
الْعَالَمِينَ ﴿١٧﴾ وَأَتَيْنَاهُمْ بَيِّنَاتٍ مِنَ الْأَمْرِ فَمَا اخْتَلَفُوا <sup>(50)</sup> إِلَّا  
مِنْ بَعْدِ مَا جَاءَهُمْ <sup>(51)</sup> الْعِلْمُ بَغْيًا بَيْنَهُمْ إِنَّ رَبَّكَ يَغْضِبُ  
بَيْنَهُمْ يَوْمَ الْقِيَامَةِ فِيمَا كَانُوا فِيهِ يَخْتَلِفُونَ ﴿١٨﴾ ثُمَّ  
جَعَلْنَاكَ عَلَىٰ شَرِيعَةٍ مِنَ الْأَمْرِ فَاتَّبِعْهَا <sup>(52)</sup> وَلَا تَتَّبِعْ أَهْوَاءَ <sup>(53)</sup>

Omnia Mss. A excepto. In quo etiam Ms. deest vocabu-  
lum بما mox sequens. 46) Omnia Mss. idque rectius  
47) C & W. Eodem quoque modo B, cujus Med-  
da purpurea. Recte adpicta est Medda. 48) Codd. omnes  
Mss. bene  $\tau\omega$   $\text{ي}$  imposuerunt همين, etymologiam vocabuli re-  
spicientes. Etiam si sit nomen propr. tamen in Cod. W. Elif non  
radicale supra lineam, ut solet, pictum est. 49) Male abest  
Teschdid euphonicum supra  $\text{ن}$  in Cod. A. 50)  $\text{أَخْتَلَفُوا}$  A & C  
51) A B & W imposuerunt  $\tau\omega$  Elif &  
52) Omiserunt وصل omnia Mss. 53) Unus

الَّذِينَ لَا يَعْلَمُونَ ﴿١٩﴾ إِنَّهُمْ لَنْ يُغْنُوا عَنْكَ مِنَ اللَّهِ شَيْئًا  
وَأَنَّ الظَّالِمِينَ بَعْضُهُمْ أَوْلِيَا بَعْضٍ وَاللَّهُ وَلِي الْمُتَّقِينَ ﴿٥٥﴾  
٢٠ هَذَا بَصَائِرُ ﴿٥٦﴾ لِلنَّاسِ وَهَدَىٰ وَرَجَمَهُ لِقَوْمٍ يُوقِنُونَ ﴿٥٧﴾  
٢١ أَمْ حَسِبَ الَّذِينَ اجْتَرَحُوا السَّيِّئَاتِ ﴿٥٧﴾ أَنْ نَجْعَلَهُمْ كَالَّذِينَ  
آمَنُوا وَعَمِلُوا الصَّالِحَاتِ سَوَاءً ﴿٥٨﴾ مَنَعِبَانَهُمْ وَمِمَّا نُهُمْ سَاءَ مَا  
يَحْكُمُونَ ﴿٥٩﴾ ٢٢ وَخَلَقَ اللَّهُ السَّمَوَاتِ وَالْأَرْضَ بِالْحَقِّ وَنُنَجِّي  
كُلَّ نَفْسٍ بِمَا كَسَبَتْ وَهُمْ لَا يُظْلَمُونَ ﴿٥٩﴾ ٢٣ أَقْرَأَيْتَ ﴿٥٩﴾ مِنْ  
أَتَّخَذَ إِلَهًا هَوِيَّةً ﴿٦٠﴾ وَأَضَلَّهُ اللَّهُ عَلَىٰ عِلْمٍ وَخَتَمَ عَلَىٰ سَمْعِهِ وَقَلْبِهِ

A أهوًا neque illud male. 54) Deest hoc vocabulum in B  
55) Unus A أوليا. 56) Idem Codex بصائير. 57) Abest همنر  
super Elif in A; item in W, cujus tamen in locum heic  
est adpicta perpendicularis. 58) In hoc casu unus C.  
B & W. ita quoque A, neglecta مئع. 59) Deest in  
omnibus Mss. همنر super utrumque Elif. 60) أهوًا A & B.  
Neque illud perperam. 61) عشاوًا A; male in nōminat. po-  
situm. Cetera Mss. ut Mar. si مئع tantum exceperis, quæ  
in Cod. B super Elif imposita est. (63) Habet A تشديد su-



وَجَعَلَ عَلَيَّ بَصِيرَةَ غَشَوَاتٍ ٦١) قَمِنَ يَهْدِيهِ مِنْ بَعْدِ اللَّهِ أَفَلَا  
 تَتَذَكَّرُونَ ٦٣) ❖ 24 وَقَالُوا مَا هِيَ إِلَّا حَيَاتُنَا ٦٤) أَلَدُنْيَا نَمُوتُ  
 وَنَحْيَا وَمَا يُهْلِكُنَا ٦٥) إِلَّا الدَّهْرُ وَمَا لَهُمْ بِذَلِكَ مِنْ عِلْمٍ إِنْ  
 هُمْ إِلَّا يَظُنُّونَ ❖ 25 وَإِنَّا تَتَلَوْنَهَا عَلَيْهِمْ آيَاتِنَا بَيِّنَاتٍ مَا كَانَ  
 حُجَّتَهُمْ إِلَّا أَنْ قَالُوا آيَتُوا بِآيَاتِنَا ٦٦) إِنْ كُنْتُمْ صَادِقِينَ ❖  
 26 قُلِ اللَّهُ يُحْيِيكُمْ ثُمَّ يُمِيتُكُمْ ثُمَّ يَجْمَعُكُمْ إِلَى يَوْمِ الْغَيْمَةِ  
 لَا رَيْبَ فِيهِ وَكَانَ أَكْثَرَ النَّاسِ لَا يَعْلَمُونَ ❖ 27 وَلِلَّهِ مُلْكُ

per ن Etiam in W. adest; rubro tamen adpictum colore.  
 Utrumque teschdid non simul adesse posse per se patet. In-  
 dicat igitur hæc hujus signi geminatio hocce vocabulum vel  
 ad quintam vel ad octavam conjugationem esse referendum.

64) حَيَاتُنَا W. Ita quoque B & C, si modo perpendiculares  
 fathas in vulgares transformaveris. In Cod. A, qui eandem  
 ac Mar. servavit hujus vocabuli scribendi rationem, omissum  
 est vocabulum antecedens إِلَّا. 65) يُهْلِكُنَا B C & W.

66) بِآيَاتِنَا B & C. A ita ut Mar. si modo adposueris هَمَزٌ  
 super بِآيَاتِنَا, W. 67) Ita omnia Mss., excepto B, ubi legi-  
 tur يَتَخَسَّرُونَ, vocabulo sequente plane omisso. Quamvis non  
 prorsus rejicienda sit hæc legendi ratio, attamen justius in vul-



السَّمَوَاتِ وَالْأَرْضِ وَيَوْمَ تَعْمَى السَّاعَةَ يَوْمَئِذٍ يَخْسَرُ<sup>67</sup> النَّبِطِلُونَ<sup>68</sup> ❖  
 28 وَتَرَى كُلَّ أُمَّةٍ<sup>69</sup> جَانِيَةً<sup>70</sup> كُلَّ أُمَّةٍ تُدْعَى<sup>71</sup> إِلَى  
 كِتَابِهَا الْيَوْمَ تُجْزَوْنَ مَا كُنتُمْ تَعْمَلُونَ ❖ 29 هَذَا كِتَابُنَا  
 يَنْطِقُ عَلَيْكُمْ بِالْحَقِّ إِنَّا كُنَّا نَسْتَنسِخُ مَا كُنتُمْ تَعْمَلُونَ ❖  
 30 قَامًا الَّذِينَ آمَنُوا وَعَمِلُوا<sup>72</sup> الصَّالِحَاتِ فَيَدْخُلُهُم رَيْبُهُمْ فِي

gari remaneas. Tribuenda videtur Bibliographo ad similem  
 verborum excitum properanti. 68) Heic neque A neque C  
 interpungunt. 69) أمة Omnia Mss.. 70) Heic habent B. C  
 & W مطلق, quod in causa est, quare in iisdem Mss. sequens  
 vocabulum exstat كُلَّ, non كُلِّ ut Mar. & A. 71) يُدْعَى  
 B & C. تُدْعَى W. pro suo more. 72) Observandum videtur  
 hocce vocabulum in Cod. W. diversis lineis esse distributum.  
 In superiori و, in inferiori عَمِلُوا, nullo interposito conjunctio-  
 nis signo. Tradit quoque Celeb. Carling, sibi Suram XXXI  
 ex Mss. exemplaribus examinanti, obvia fuisse quattuor vocabu-  
 la diversis lineis bipartito distributa. Hæcce vocabula fue-  
 runt: V. 8 الصا- لِحَات v. 10 نزلنا v. 15 حَنَها v. 30  
يَخ- عون, Nimis itaque — verba Carlingii repetam — in uni-  
 versum locutus est doctissimus Erpenius, cum traderet nul-  
 lam omnino Arabicam vocem syllabatim dividi, quod secun-  
 dum eum, perquam multi docuerunt. Cfr. Carlingii Dissert,  
 p. 58. 73) Omiserunt omnia Mss. مدد super Elif. 74) Ita

رَحْمَتِهِ ذَلِكَ هُوَ الْعَوَزُ الْبَيْبِنُ ❖ 31 وَأَمَّا الَّذِينَ كَفَرُوا أَفَلَمْ  
تَكُنْ آيَاتِي تَنْزِي عَلَىكُمْ فَاسْتَكْبَرْتُمْ (73) وَكُنْتُمْ قَوْمًا  
مُجْرِمِينَ ❖ 32 وَإِذَا قِيلَ إِنَّ وَعْدَ اللَّهِ حَقٌّ وَالسَّاعَةُ لَا رَيْبَ  
فِيهَا فَلَنْتُمْ مَا تَدْرِي مَا السَّاعَةُ إِنْ نَظُنُّ إِلَّا ظَنًّا وَمَا نَحْنُ  
بِمُسْتَيْغِيثِينَ ❖ 33 وَبَدَا لَهُمْ سَيِّئَاتٌ (74) مَا عَمِلُوا وَخَافَ بِهِمْ مَا  
كَانُوا بِهِ يَسْتَهْزِئُونَ ❖ 34 وَقِيلَ الْيَوْمَ نَنْسِفُكُمْ كَمَا نَسِيفْنَا  
لِقَاءَ (75) يَوْمِكُمْ هَذَا وَمَأْوِيكُمُ النَّارُ وَمَا لَكُمْ مِنْ نَاصِرِينَ ❖  
35 دَاكُمْ بِأَذْكُمْ اتَّخَذْتُمْ آيَاتِ اللَّهِ هُزُوًا وَعَرَّضْتُمْ الْكَبِيْرَةَ  
الَّذِي لَا يُخْرِجُونَ مِنْهَا وَلَا هُمْ يُسْتَعْتَبُونَ ❖ 36 قَلِيلًا  
الْحَمْدُ رَبِّ (76) السَّمَوَاتِ وَرَبِّ (76) الْأَرْضِ رَبِّ الْعَالَمِينَ ❖  
37 وَلَهُ الْكِبْرِيَاءُ فِي السَّمَوَاتِ وَالْأَرْضِ وَهُوَ الْعَزِيزُ الْحَكِيمُ \*

quoque A & C, si modo auferas هُمِنْ, cujus in locum Codex  
B. apposuit مدَّة purpuream, & W habet سَيِّئَاتٌ (75) لِقَاءَ A,  
eodem redit. (76) A & B ponunt hoc vocab. in nominat.  
Ita quoque mox infra. Etiam si haud spernenda legendi ra-  
tio, tamen tutius in vulgari remaneas.

Hæ sunt lectionis varietates, quæ occurrunt in textu Codd. Mss., quos videndi nobis fuit opportunitas. In ipso etiam textu Mss. B, C & W insunt pausarum indicia ط & ج. Illud, compendium vocis *مطلق* *absolutus*, significat, pausam ab omnibus Korani anagnostis receptam. Hoc vero, compendium vocis *جائز* *licitus*, indicium est pausæ, quam pro lubitu facere potest lector. In utroque harum pausarum genere amice plerumque conspirant hæc Mss. In Cod. A. nulla pausarum exarata sunt indicia. Excurrens præterea quintus quisque versiculus signatur in margine Cod. W. per *خمس* (*quinque*). Et in textu superponitur puncto horum versiculorum figura quædam & simillima, minio adpicta. Cetera Mss. nullo signo indicarunt versuum pentadem. In margine jam citati Cod. & Msi. B, exeunte versuum decade, rubro pigmento scriptum exstat *عشر*, compendium *عشر* (*decem*). Neque suo indicio orbatus est ipse textus Cod. W. Namque supra claudentis decadis punctum, cinnabari adpicta est hæc figura  $\Delta$ . In textu Cod. B. nil ejusmodi apparet. Cod. C. modo vicesimum quemque versum per *عشر* notavit. Codex A. ut in textu nulla pausarum, ita quoque in margine nulla versuum habet indicia.

Emendanda.

In præmio.

Pag. 1 l. 15 equo lege æquo.

In textu

— 4 l. 2. *لِلْمُؤْمِنِينَ* lege *لِلْمُؤْمِنِينَ*

— 9 l. 2. insere (46 post vocab. *أَسَاءَ* :

In varietate lectionum.

— 3 l. 8. protractionis lege protractionis.

— 12 lin. ultima *وَصَلَ* lege *وَصَلَ*







D. Ge 1820

ULB Halle  
000 876 062

3/1



